

sue specialis custos, quam Theotonici stanzaran^{a)} dicunt, sollicitè custodiret. Factaque sunt Florense monasterium et casalis Celicum eius patria quasi due confugii civitates. Ioachim velut alter Hyeremias *tempore iracundie factus est reconciliatio*⁵⁰⁾, maxime pro pauperibus intercedens.

^{a)} oder stanßstran? *Hs.*; Stanzaram *L*; vgl. *Papebroch, AA. SS. Mai VII³, 108*: Fortassis 'Stam-zame' vel 'Stams-gare', id est: Conventus totius Stirpis seu Familiae.

⁵⁰⁾ Vgl. *Eccli. 44, 17 (über Noah)*.

2. Erzbischof Lucas von Cösenza über Joachim von Fiore

Biblioteca Brancacciana Cod. I F 2 fol. 278^v—280^v, geschrieben 1598 von Cornelius Pelusius; ed. F. Ughelli, *Italia sacra* 9 (1662) Sp. 279—283, 2. ed. Coleti 9 (1721) Sp. 205—208 (= U); danach bei D. Papebroch, *Acta Sanctorum Mai VII* (1688) S. 93—94, 3. Ausg. (1866) S. 91—92 (= P), dessen Konjekturen Coleti z. T. übernahm.

[Vir per omnia reverendus Lucas Consentinus^{a)} archiepiscopus ea, quae modo sequuntur, primo sensu composuit, ore dictavit, pagellulis^{b)} exaravit. Ait enim:]

Anno^{c)} secundo pontificatus domini papę Lucii¹⁾ iam monachus^{d)} primo in Casa-Marii^{e)}, vidi virum^{f)} tunc^{g)} abbatem Curatii, filium Sambucinae²⁾, filiae Casae-Marii; propterea tamquam nepos omni honore et amore habebatur in Casa-Marii, sed magis obtentu sapientiae et intelligentiae a Domino sibi datae. Tunc coram eodem domino papa et consistorio eius coepit primum^{h)} revelare intelligentiam scripturarum et utriusque testamenti concordiam; a quo et licentiam scribendi obtinuit et scribere coepit³⁾. Mirabarⁱ⁾ autem, quod vir tanti nominis, tam efficax in sermone, vestes haberet vetustas et abjectissimas et per fimbrias ex parte combustas; sed cognovi postea, quod toto vitae suae tempore de vilitate habitus non curavit. Mansit autem in Casa-Marii sedulus^{k)} quasi anno uno et dimidio, dictans et emendans simul librum Apocalypsis

^{a)} Cusentinus *UP*. ^{b)} pagellis *UP*. ^{c)} Ego Lucas archiepiscopus Cusentinus anno ... *UP*. ^{d)} monachus *UP stets*. ^{e)} Casamarii *U stets, Genitiv Casemarii*. ^{f)} folgt nomine Joachim *UP*. ^{g)} tum *UP*. ^{h)} primum fehlt *P*. ⁱ⁾ Mirabatur *Hs., U¹*. ^{k)} sedulo *P*.

¹⁾ *Lucius III. 1. IX. 1181—25. XI. 1185; Joachim kam also Sept. 1182/Aug. 1183 nach Casamari und blieb bis c. Febr. 1184/Jan. 1185.*

²⁾ Vgl. o. S. 491.

³⁾ Vgl. *Vita Joachimi, s. S. 532.*